

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

Liber septimus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

P. VIRGILII MARO-
NIS AENEIDOS

Liber septimus.



V quoque litoribus nostris,
Aeneia nutrix,
Aeternam moriens famam
Caetera dedisti:
Et nunc servat honos sedem
iuus: ossaq; nomen
Hesperia in magna (si qua
est ea gloria) signat.

At pius exequijs Aeneas ritē solutus,
Aggere composito tumuli, postquam alta quierunt
Aequora, tendit iter velis, portumq; relinquit.
Aspirant auras in noctem: nec candida cursum
Luna negat: splendet tremulo sub lumine pontus.
Proxima Circae raduntur litora terra:
Dives inaccessos ubi Solus filia lucos
Assiduo resonat cantu, tectisq; superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrens pectine relas.
Hinc exaudiri gemitus, iraq; leonum
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum:
Setigeriq; sues, atq; in praeseptis ursi
Saeure, ac forma magnorum ululare luporum:
Quos, hominum ex facie, dea sera potentibus herbis
Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

V s

Qua

Quae ne monstra pii paterentur talia Troes,
 Delati in portus, neu litora dira subirent:
Neptunus ventis impleuit vela secundis,
 Atq; sugam dedit, & prater vada seruida venit,
 Iamq; rubescibat radijs mare, & arthere ab alta
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis:
 Cum venti posuere, omnisq; repente resedit
 Flatus, & in lento luctantur marmore tonsae:
 Atq; hic Aeneas ingentem ex aquore lucum
 Prospicit: hunc inter fluuius Tyberinus amano,
 Vorticibus rapidis, & multa flauus arena
 In mare prorumpit. varia circumq; supraq;
 Assueta ripis volucres, & fluminis alueo,
Aethera mulcebant cantu, lucosq; volabant.
 Flectere iter socys, terraq; aduertere prora
 Imperat: & latus fluuius succedit opaco.
 Nunc age, qui reges, Erato, quae tempora rerum,
 Quis Latio antiquo fuerit status, aduena classem
 Cum primum Ausonys exercitus appulit oru.
 Expediam: & prima reuocabo exordia pugnae.
 Tu vatem, tu diua mone. dicam horrida bella:
 Dicam acies, actosq; animis in funera reges,
 Tyrrhenamq; manum, totamq; sub arma coactam
 Hesperiam. maior rerum mihi nascitur ordo:
 Maius opus moueo. Rex arua Latinus, & vrbes
 Iam senior longa placidas in pace regebat.
 Hunc Fauno & nympha genitum Laurente Marita
 Accipimus. Fauno Picus pater: isq; parentem
 Te Saturnus refert: tu sanguinis vltimus autor.

Filius huius, fato diuūm, prolesq; virilis
 Nulla fuit: primaq; oriens erepra iuuenta est.
 Sola domum & tantas seruabar filia sedes,
 Iam matura viro, iam plenis nubilis annis. 13
 Multi illam magno ē Latio, totaq; petebant
 Ausonia: petit ante alios pulcerrimus omnes
 Turnus, quis atauisq; potens: quem regia coniunx
Adiungi generum miro properabat amore:
 Sed varijs portenta desim terroribus obstant.
 Laurus erat tecti medio in penetralibus altis,
 Sacra comam, multosq; metu seruata per annos:
 Quam pater inuentā, primas cūm conderet arces,
 Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus,
 Laurentusq; ab ea nomen posuisse colonis.
 Huius apes sumum dense (mirabile dictu)
 Stridore ingenti, liquidum trans athera vecta,
 Obsedere apicem, & pedibus per mutua nexis
 Examen subito ramo frondente pependit.
 Continuo vates, Externum ceruimus, inquit,
 Aduentare virum, & partes petere agmen easdem
 Partibus ex iisdem, & summa dominarier arce.
 Præterea, castis adolet dum altaria tedi,
 Et iuxta genitorem astat Lauinia virgo:
 Visa (nefas) longius comprehendere crinibus ignem,
 Atq; omnem ornatum flamma crepitante cremari &
 Regalesq; accensa comas, accensa coronam
 Insignem gemmis: tum fumida lumine fuluo
 Inuolui, ac totis Vulcanum spargere testis.
 Id vero horrendum, ac visu mirabile ferri,

Namq; fore illustrem fama satiq; canebam
 Ipsam: sed populo magnum portendere bellum
 + At rex sollicitus monstris, oracula Fauni
 Fatidici genitoris adit, lucosq; sub alta
 Consulit Albunea: nemorum qua maxima sacra
 Fonte sonat, seuanq; exhalat opaca Mephitum
 Hinc Itala gentes, omnisq; Oenotria tellus
 In dubijs responsa petunt. huc dona sacerdos
 Cum tulit, & casarum ouium sub nocte silenti
 Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit:
 Multa modum simulacra videt volitantia mirum,
 Et varias audit voces, fruiturq; deorum
 Colloquio, atq; iuis Acheronta affatur Auernum.
 Hic & tum pater ipse petens responsa Latinum,
 Centum lanigeras mactabat rite bidentes:
 Atq; harum effulsus tergo, stratisq; iacebat
 Velleribus: subita ex alto vox reddita luco est:
 Ne pete connubijs natam sociare Latinis,
 O mea progenies: thalamis neu crede paratis.
 Externi veniunt generi, qui sanguine nostrum
 Nomen in astra ferant, quorumq; a stirpe nepotes
 Omnia sub pedibus, qua sol utrumq; recurrens
 Aspicit Oceanum, vertiq; regiq; videbunt.
 Haec responsa patris Fauni, monitusq; silenti
 Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus:
 Sed circum late volitans iam fama per vrbes
 Ausonias tulerat: cum Laomedontia pubes
 Gramineo ripa reliquit ab aggero classem.
 Aeneas, primiq; duces, & pulcer Iulus

Corpora sub ramis deponunt arboris alta:

Instituuntq; dapes, & adorea liba per herbas
Subiiciunt epulis. (sic Iuppiter ipse monebat)

Et Cereale solum pomis agrestibus augent.

Consumtis hic forte alijs, vt vertere morsus

Exiguam in Cererem penuria adegit edendi:

Et violare manu, malusq; audacibus orbem

Fatalis crusti, patulus nec parcere quadris:

Hec, etiam mensas consumimus, inquit Iulus.

Nec plura, alludens. ea vox audita laborum

Prima tulit finem primamq; loquentis ab ore

Eripuit pater, ac stupefactus numine presit.

Continuo, Salue fati mihi debita tellus,

Vosq; ait, o fidi Troie saluete penates:

Hic domus, hac patria est. genitor mihi talia namq;

(Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit: M

Cum te nate fames ignota ad litora vectum

Accisis coget dapibus consumere mensas:

Tum sperare domos defessus, ibiq; memento

Prima locare manu, moliriq; aggere tecta.

Hac erat illa fames: hac nos suprema manebant.

Exitij positura modum.

Quare agite, & primo lati cum lumine solis,

Qua loca, quae habeant homines, ubi moenia gentis,

Vestigemus, & a portu diuersa petamus.

Nunc pateras libate Ioui, precibusq; vocate

Anchisen genitorem, & vina reponite mensis.

Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo

Implicat, & Geniumq; loci, primamq; deorum

V S

Tellu-

Tellurem, Nymphasq; & adhuc ignota precatur
 Flumina: tum Noctem, Noctūq; orientia signa,
 Idæūq; Iouem, Phrygiāq; ex ordine matrem
 Inuocat, & duplices Cæloq; Ereboq; parentes.
 Hic pater omnipotens ter cælo clarus ab alto
 Intonuit, radijsq; ardentem lucis & auro
 Ipse manu quatens ostendit ab æthere nubem.
 Dicitur hic subito Troiana per agmina rumor,
 Aduenisse diem, quo debita mœnia condant.
 Certatim instaurant epulas: atq; omine magna
 Crateras lati statuunt, & vina coronant.
 Postera cum prima lustrabat lampade terras
 Orta dies, urbem, & fines, & littora gentis
 Diuersi explorant, hæc, fontis stagna Numici,
 Hunc, Tybrim fluium: hic fortes habitare Latini
 Tum satus Anchisa, delectos ordine ab omni
 Centum oratores augusta ad mœnia Regis
 Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes:
 Donaq; ferre viro, pacemq; exposcere Tencris,
 Haud mora: festinant iussi, rapidisq; feruntur
 Passibus: ipse humili designat mœnia fossa,
 Moliturq; locum: primasq; in littore sedes,
 Castrorum in morem, pinnis atq; aggere cingit,
 Itaq; iter emens, turres ac tecta Latinorum
 Ardua cernebant iuuenes, murosq; subibant.
 Ante urbem pueri, & primeuo flore iuuentus
 Exercentur equis, dominantq; in puluere currus:
 Aut acreis tendunt arcus: aut lenta lacertis
 Epicula contorquent, cursuq; ictuq; lacescunt.

Cum prouectus equo longaeui regis ad aures.
 Nunciatus, ingentis ignota in veste reportat
 Aduenisse viros. ille intra tecta vocari
 Imperat, & solio medius consedit auito
 Tectum augustum, ingens, centū sublimē colammū,
 Vrbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
 Horrendum sylus, & religione parentum.
 Hinc sceptrā accipere, & primos attollere fasces.
 Regibus omen erat: hoc illis curia templum:
 Ha sacra sedes epulā: hīc ariete caso *non summa, sed hīc*
 Perpetuis solui patres considerare mensis.
 Quin etiam veterum effigies ex ordine aurum
 Antiqua ex cedro, Italusq; paterq; Sabinus,
in hīc curiam seruans sub imagine falcem:
 Saturnusq; senex, lanig; bifrontis imago,
 Vestibulo astabant: alijq; ab origine reges,
 Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi.
 Multaq; praeterea sacris in postibus arma,
 Capiui pendēt curru, curuaq; secures,
 Et crista capitum, & portarum ingentia claustra,
 Spiculaq; clypei, erepta, rostra carini.
 Ipse Quirinali lituo paruaq; sedebat
 Succinctus trabea, laeuaq; ancile gereba
 Picus, equum domitor: quē capta cupidine continet
 Aurea percussum virga, versumq; venenus,
 Fecit autem Circe, sparsitq; coloribus alas
 Tali intus templo diuū, patriaq; Latinus
 Sede sedens, Teucros ad sese in tecta vocauit,
 Atq; hac ingressu placido prior edidit ore:

Disce

Dicite Dardanide (neq; enim nescimus & vitem
 Et genus: auditq; aduertitis equore cursum)
 Quid petitis? qua caussa rates, aut cuius egentis
 Littus ad Ausonium tot per vada cœrula vexat
 Sive errore via, seu tempestatibus acti,
 (Qualia multa mari nauta patiuntur in alto)
 Fluminis intrastis ripas, portuq; sedetu:
 Ne fugite hospitium, nèue ignorate Latinos,
 Saturni gentem, haud vinclo nec legibus aquam
 Sponte sua, veteriq; dei se more tenentem.
 Atq; equidem memini (fama est obscurior annis)
 Auruncos ita ferre senes: his ortus ut ager
 Dardanus, Idea Phrygiæ penetravit ad vrbes,
 Threiciamq; Samū, quæ nunc Samoithracia ferit.
 Hinc illum Corinî Tyrrhena ab sede profectum,
 Aurea nunc solio stellantis regia cœli
 Accipit, & numerum diuorum altaribus auget.
 Dixerat: & dicta Ilioneus sic voce secutus
 Rex, genus egregium Fauni, nec fluctibus actos
 Attra subegit hyems vestrus succedere terris:
 Nec fidus regione via, litusue fefellit:
 Consilio hanc omnes, animiq; volentibus vrbes
 Afferimur, pulsi regnus, quæ maxima quondam
 Extremo veniens sol aspiciebat Olympo.
 Ab Ioue principium generis: Ioue Dardana pulchrum
 Gaudet avo: rex ipse Iovis de gente supremæ
 Troius Aeneas tua nos ad limina misit.
 Quanta per Ideos, sauis effusa Mycenis,
 Tempestas ierit campos, quibus actus vterq;

Europa

Europa, atq; Asia satis concurrerit orbis:
audij, & si quem tellus extrema refuso
Submouet Oceano, & si quem extenta plagarum
Quattuor in medio dirivuit plaga solis iniqui.
Diluvio ex illo tot vasta per aquora vecti,
Dñs sedem exiguan patrijs, litte q; rogamus
Innocuum, & cunctis vndanq; auramq; patentem.
Non erimus regno indecores: nec vestra fercitur
Fama levis, tantq; abolest et gratia facti:
Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.
Fata per Aeneae iuro, dextramq; potentem,
Sive fide, seu quis bello est expertus & armis:
Multi nos populi, multa (ne temne, quod vltro
Praferimus manibus vitas, ac verba precantum)
Et petiere sibi, & voluere adiungere gentes.
Sed nos fata deum vestras exquirere terras
Imperijs egere suis, hinc Dardanus ortus,
Huc repetit: iussuq; ingemibus vrget Apollo
Tyrrhenū ad Tybrin, & fontis vada sacra Numici.
Dat tibi praterea fortuna parua prioris
Munera, reliquias Troia ex ardente receptas.
Hoc, pater Anchises auro libabat ad aras:
Hoc, Priami gestamen erat, cum iura vocatis
More daret populi: sceptrumq; sacerq; tias:
Iliadumq; labor, vestes,
Talibus Ithone dictis, defixa Latinus
Obutu tenet ora, soloq; immobilis haeret,
Iuventus voluens oculos, nec purpura regem
Pilla mouet, nec sceptrum mouent Priameia tantum,
Quan-

Quantum in contrubio nata thalamoq; moram
 Et veteris Fauni voluit sub pectore sortem.
 Hunc illum fatis externa a sede profectum
 Portendi generum, paribusq; in regna vocari
 Auspicjs: hinc progeniem virtute futuram
 Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem.
 Tandem latus ait: *Dij nostra incœpta secunde*
Auzuriumq; suum: dabitur Troiane quod opto.
 Munera nec sperno, non vobis, rege Latino,
 Diujs vber agri, Troieque opulenta deerit.
 Ipse modò Aeneas (nostri si tanta cupido est:
 Si iungi hospitio properat, sociusq; vocari)
 Adueniat, vultus neue exhorrescat amicos.
 Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.
 Vos contra regi mea nunc mandata referte.
 Est mihi nata, viro gentis quam iungere nostra
 Non patrio ex adyto sortes, non plurima cælo
 Monstra sinunt: generos externis affore ab oris,
 (Hoc Latio restare canunt) qui sanguine nostrum
 Nomen in astra ferant. hunc illum poscere fata
 Et reor, & si quid veri mens augurat, opto.
 Hac effatus, equos numero pater eligit omni.
 Stabant ter centum nitidi in præsepibus altis:
 Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci
 Instratos ostro alipedes pictuq; tapetis.
 Aurea pectoribus demissa monilia pendunt:
 Tecti auro, fuluum mandant sub dentibus aurum.
 Absenti Aeneas currum, geminosq; iugales
 Sentine ab æthereo, spiranteis naribus ignem:

illorum

Illeum de gente, patri quos Dadala Circe
Supposita de matre, notos furata, creauit.
Talibus Aeneada donis, dictuq; Latini
Sublimes in equis redeunt, pacemq; reportant.
Ecce autem, Inachijs sese referebat ab Argis
Sana Iouis coniux, aurasq; inuicta tenebat:
Et latum Aeneam, classemq; ex aethere longè
Dardaniam Siculo prospexit ab usq; Pachyno.
Moliri iam recta videt, iam fidere terra,
Deseruisse rates. stetit acri fixa dolore.
Tum quassans caput, hac effudit pectore dicta:
Heu stupem inuisam, & fati contraria nostris
Fata Phrygum. num Sigae occumbere campis?
Non capis potuere capi? num incensa cremauit
Troia viros? medias acies, mediosq; per ignes
Inuenere viam. an, credo, mea numina tandem
Fessa iacent: odijs aut exaturata quieui.
Quin etiam patria excussos infesta per undas
Ausu sequi, & profugis toto me opponere ponto.
Absumta in Teucros vires cœliq; maruq;
Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis
Profuit? oprato conduntur Tybridis alueo,
Securi pelagi atq; mei. Mars perdere gentem
Immanem Lapithum valuit: concessit in iras
Ise delum antiq; genitor Calydonæ Diane: (rente?)
(Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calydone me-
Ast ego, magna Iouis coniux, nil linquere inausum
Quæ potui infelix, quæ memet in omnia verti,
Vincor ab Aenea. quod si mea numina non sunt.

Magna

Magna satis, dubitem haud equidē implorare
 Fletere si nequeo superos, Acheronta mouebo.
 Non dabitur regnis (esto) prohibere Lavinia,
 Atq; immota manet satis Lavinia coniunx:
 At trahere, atq; moras tantis licet addere rebus
 At licet amborum populos excindere Regum.
 Hac gener atq; socer coëant mercede suorum.
 Sanguine Troiano & Rutulo dotabere virgo:
 Et Bellona manet te pronuba. nec face tantum
 Cisseus pragnans igneis enixa iugales:
 Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter,
Funestaq; iterum recidiua in Pergama tada.
 Hac vbi dicta dedit, terras horrenda petiit:
 Luctificam Aleto dirarum ab sede sororum,
 Inferniq; ciet tenebris: cui tristia bella,
 Iraq; insidiaq; & crimina noxia cordi.
 Odit & ipse pater Pluton. odere sorores
 Tartarea monstrum: tot sese vertit in ora:
 Tam seua facies: tot pullulat atra colubru.
 Quam luno his acuit verbu, ac talia satur:
 Hunc mihi da proprium virgo sata Nocte laborum
 Hanc operam, ne noster honos, infractae cecum
 Fama loco: neu connubijs ambire Latinum
 Aeneada possint, Italosue obsidere fines.
 Tu potes vnanimis armare in praelia fratres,
 Atq; odijs versare domos: tu verbera restu,
 Funereasq; inferre faces. tibi nomina mille,
 Mille nocendi artes: facundum concute pedum
 Disijce compositam pacem: sere crimina bella:

Arma velit, poscatq; simul, rapiatq; inuentus.
 Exin, Gorgoneis Aleto infecta venenis,
 Principio Latium & Laurentis tecta tyranni
 Celsa petit, taciturnq; obsedit limen Amatae. *In mystry*
 Quam super aduentu Teucram, Turniq; hymenais
 Famine ardentem curaq; iraq; coquebant.
 Haic dea cœruleis vnum de crinibus anguem
 Coniicit inq; sinum præcordia ad intima subdit:
 Oho Pirithoia domū monstro permisceat omnem.
 Ille inter vestes & tania pectora lapsus,
 Voluit attactu nullo, fallitq; furentem, *Quia non*
 Percreant, inspirans animam, fit tortile collo
 Aurum ingens coluber, fit longa tania vitæ,
 Inq; dūq; comas, & membris lubricaerrat.
 At, dum prima lues vdo sublapsa veneno,
 Pertinetat sensus, atq; osibus implicat ignem:
 Nec dum animus toto percepit pectore flammam:
 Mollis & solito matrum de more locutus est,
 Multa super nata lacrymans Phrygîsq; hymenais.
 Exhibuisse datur ducenda Lauinia Teucrū,
 O genitor? nec te miseret nataq; tuîq;
 Nec matris miseret, quā primo Aquilone relinquet
 Perfidus, alta petens, abducta virgine, prado?
 At non sic Phrygius penetrat Lacedamona pastor,
 Ladæaq; Helenam Troianas vexit arces?
 Quid tua sancta fides? quid cura antiqua tuorum?
 Et consanguineo toties data dextera Turno?
 Si gener externa petitur de gente Latina:
 Idq; sedet, Fauniq; premunt te iussa parentis:

Omnem equidem sceptris terram, qua liberam
 Disidet, externam reor, & sic dicere diuor.
 Et Tur no (si prima domus reperatur origo)
 Inachus Acrisiusq; patres, mediag; Mycena.
 His vbi nequicquam dictis experta, Latini
 Contra stare videt: penitusq; in viscera lapsum
 Serpentis furiale malum, totamq; pererrat:
 Tum vero infelix, ingentibus excita monstri,
 Immensam sine more furit lymphata per vrbem.
 Ceu quondam torto volitans sub verbere turba
 Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Ingentis ludo exercent: ille actus habena
 Curuatus fertur spacijs: stupet inscia turba,
 Impubesq; manus, mirata volubile luctum:
 Dant animos plage. non cursu segnior illo
 Per medias vrbes agitur, populosq; feroces.
 Quin etiam in syluas, simulato numine Bacchi
 (Maus adorta nefas, maioremq; orsa furorem)
 Euolat, & natam syndonosis montibus abdit,
 Quod thalamum eripiat Teucris, tadag; moeretur.
 Euohe Bacche, siemens, solum te virgine dignum
 Vociferans. etenim molles tibi sumere thyrsos,
 Te lustrare choros sacrum tibi pascere crimine.
 Fama volat: surusq; accensas pectore matris
 Idem omnes simul ardor agit, noua querere tellus.
 Deserere domos: ventus dant colla comasq;
 Atq; alia tremulis vlulatibus aethera complent,
 Pampineasq; gerunt incincta pellibus hastas.
 Ipsa inter medias flagrantem feruida pinum

Sufficit

Insinet, ac nata Turnig, canit hymeneos,
Sanguineam torquens aciem: toruumq, repente
Clamat, Io matres audite vbi quaq, Latina.
Si qua pijs animis manet infelix Amata
Gratia, si iuris materni cura remordet:
Soluite crimales vitas, capite Orgia mecum.
Talem inter sylvas, inter deserta serarum
Reginam Alectostimulus agit vndiq, Bacchi.)
Postquam visa satis primos acuisse furores,
Consiliuq, omnemq, domum vertisse Latini:
Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis
Audaci Rutuli ad muros: quam dicitur urbem
Acrifoneus Danae fundasse colonis,
Præcipiti delata Noro. locus Ardea quondam
Dicitur auis, & nunc magnum manet Ardea nomen.
Sed fortuna fuit. tellus hic Turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Alecto toruam faciem, & surialia membra
Exiit: in vultus sese transformat auiles,
Et frontem obscenam rugis arat: induit albos
Cum vitæ crimes: tum ramum innectit oliuæ.
Fit Calybe Iunonis anus, templiq, sacerdos,
Et iuueni ante oculos hu se cum vocibus offert:
Turne, tot incassum fusos patiêre labores?
Et tua Dardanij transcribi sceptrâ colonis?
Rex tibi coniugum, & quasitas sanguine dotes
Abnegat, externuq, in regnum quaritur heres.
Inunc, ingratis offer te irrisu periculis:
Tyrhenæ, sterne acies: tege pace Latinos.

Hac adeo tibi me, placida cum nocte iaceret,
 Ipsa palam fari omnipotens Saturnia iussit.
 Quare age, & armari pubem, porrigere, moueri
 Letus in arma para: & Phrygios, qui flumine pro
 Consedere duces, pictasque exure carinas.
 Coelestem vis magna iubet rex ipse Latinus,
 Ni dare coniugium, & dicto parere fateatur,
 Sentiat, & tandem Turnum experiat in armis
 Hic iuuenis, vatem irridens, sic orsa vicissim
 Ore refert: Classes inuictas Tybridis vndam,
 Non, vi rere, meas effugit nuncius aureus,
 (Ne tantos mihi finge metus) nec regia Iuno
 Immemor est nostri.
 Sed te victa sita, verique effeta senectus,
 O mater, curis nequicquam exercet, & arma
 Regum inter falsa vatem formidine ludit:
 Cura tibi diuinæ effigies & templa tueri:
 Bella viri, pacemque gerant, quæ bella gerenda
 Talibus Aleto dictis exarsit in iras.
 At iuueni oranti subitus tremor occupat artum:
 Dirigere oculi: tot Erinnyes sibilat hydra,
 Tantaque se facies aperit: tum flammæ torquent
 Lumina, cunctantem, & quærentem dicere plura
 Reppulit, & geminos erexit crinibus angues,
 Verberaque insonuit, rabidoque hæc addidit ore:
 En ego victa sita, quam veri effeta senectus
 Arma inter regum falsa formidine ludit
 (Respice ad hæc) assum dirarum ab sede sororum,
 Bella manu leibumque gero.

sic effata, facem iuueni coniecit, & atro
 Lumine fumanteis fixit sub pectore tadas.
 Olli somnum ingens rupit pavor, ossaq; & artus
 perfundit toto proruptus corpore sudor.
 Arma amens fremit, arma toro tectusq; requirit:
 Sani amor ferri, & scelerata insania belli,
 Ira super magno veluti cum flamma sonore
 Virgea suggeritur costis vndantis aheni: *Non desine*
 Exultantq; aestu latices, furit intus aqua vis,
 Fumidus atq; alie spumis exuberat amnis:
 Nec iam se capit vnda, volat vapor ater ad auras
 Ergo iter ad regem, polluta pace, Latinum
 indicit primis iuuenum, & iubet arma parari,
 Tutari Italiam, detrudere sinibus hostem:
 Se satis ambobus Teucrusq; venire Latinusq;
 Hac vbi dicta dedit, diuosq; in vota vocauit:
 Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.
 Hunc decus egregium forma mouet, atq; iuuenta:
 Hunc atque reges, hunc clavis dextera facti.
 Dum Turnus Rutulo animis audacibus implet.
 Aletho in Teucros Stygijs se concitat alis,
 Arte noua speculata locum, quo littore pulcer
 Insidijs, cursuq; feras agitabat Iulus.
 Hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
 Obicit, & noto nares contingit odore,
 Vi ceruum ardentes agerent, qua prima malorum
 Caussa fuit, belloq; animos accendit agrestes.
 Ceruus erat forma praestanti, & cornibus ingens,
 Tyrrhida pueri quem matris ab ubere raptum

Nutribant, Tyrrhusq; pater, cui regia parent
 Armenta, & late custodiæ credita campi.
 Assuetam imperijs soror omni Sylua cura,
 Molibus intexens ornabat cornua sertis,
 Pectabatq; ferum, puroq; in fonte lauabat.
 Ille manum patiens, mensq; assuetus herili,
 Errabat syluis, rursusq; ad limina nota
 Ipse domum fera quamuis se nocte ferebat.
 Hunc procul errantem rapida venantis Iuli
 Commouere canes, fluuium cum forte secundo
 Deslueret, ripaq; aestus viridante leuaret.
 Ipse etiam eximia laudis successus amore
 Ascensus, curuo direxit spicula cornu:
 Nec dextra erranti deus absuit: actaq; multo
 Perq; veterum sonitu perq; illa venit arundo.
 Sautius at quadrupes nota intra tecta refugit,
 Successitq; gemens stabulis: questuq; cruentum,
 Atq; imploranti similis, tectum omne repleuit.
 Sylua prima, soror, palmis percussa lacertos,
 Auxilium vocat, & duos conclamat agrestes.
 Olli (pestis enim tacitis latet aspera syluis)
 Improvisi assunt, hic torre armatus obusto,
 Stipitis hic grauidi nodis: quod cuiq; reperitum est
 Rimantistelum ira facit, vocat agmina Tyrrhus,
 Quadrifidam quercum cuneis vt forte coactis
 Scindebat, raptâ spirans immane securi.
 At saua è speculis tempus dea nacta nocendi,
 Ardua tecta petit, stabuli & de culmine summo
 Pastorale caput signum, cornuq; recuruo

Tartaream intendit vocem: qua protinus omne
 Contremuit nemus, & sylva insonuere profunda.
 Audite & Triuia longe lacus: audite amnis
 Sulphurea Nar albus aqua, fontesq; Velini:
 Et trepida matres pressere ad pectora natos.
 Tum vero ad vocem celeres, quâ buccina signum
 Brea dedit, raptis concurrunt vndiq; telis
 Indomiti agricole. nec non & Troia pubes
 Ascanio auxilium castris effundit apertis.
 Divexere acies: non tam certamine agresti,
 Suppitiis duris agitur, sudibusq; praustis:
 Sed ferro ancipiti decernunt: atraq; laetè
 Horrescit stridis seges ensibus: araq; fulgent
 Sole lacebata, & lucem sub nubila tactant.
 Fluctus vii primo coepit cum albescere vento,
 Paulatim sese tollit mare, & altius vndas
 Erigit, inde imo consurgit ad aethera fundo.
 Hic inuenu primam ante aciem stridente sagitta,
 Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almon
 Sternitur. basit enim sub gutture vulnus, & vda
 Vocis iter, tenuemq; inclusit sanguine vitam. *Erst nacti s't*
 Corpora multa virum circa, seniorq; Galesus.
 Dum paci medium se offert, iustissimus vnus
 Qui fuit, Ausonissq; olim ditissimus arua. *Qui vnusq;*
 Quing. greges illi balantum, quina redibant
 Armenta, & terram centum vertebat aratri.
 Atq; ea per campos aquo dum Marte geruntur:
 Promissi dea facta potens, vbi sanguine bellum
 Inlucit, & primæ commisit funera pugna:

Deserit Hesperiam, & cœli conuexa per auras
 Iunonem victrix affatur voce superba:
 En perfecta tibi bello discordia tristi:
 Dic in amicitiam coeant, & fœdera iungant:
 Quandoquidem Ausonio respersi sanguine Teucri
 Hoc etiam his addam: tua si mihi certa voluntas
 Finitimas in bella feram rumoribus vrbes:
 Accendamq; animos insani Martis amore,
 Vndiq; ut auxilio veniant: spargam arma per agros
 Tum contra luno: Terrorum & fraudis abundantia
 Stant belli causæ: pugnatur cominus armis,
 Quæ fors prima dedit, sanguis nouus imbuunt auras
 Talia connubia, & tales celebrant hymenæos
 Egregium Veneris genus & rex ipse Latinus.
 Te super ætheriæ errare licentius auras
 Haud pater ipse velit, summi reguator Olympi.
 Cede locis: ego, si qua super fortuna laborum est,
 Ipsa regam. talis dederat Saturnia voces.
 Illa autem attollit stridentes anguibus alas,
 Coccyiq; petit sedem super ardua linquenti
 Est locus Italia in medio, sub montibus altis,
 Nobilis, & fama multus memoratus in oris,
 Ansancti valles: densis hunc frondibus atrum
 Vrget vtring, latus nemoris: medioq; fragosus
 Dat sonitum saxus, & torto vertice torrens.
 Hic specus horrendum, & scui spiracula Diti
 Monstrantur: ruptoq; ingens Acheronte vorago
 Pestiferas aperit fauces: quæ condita Erinyi,
 Inuisum nomen, terras cœlumq; leuabat.

in
 animo

Nec minus interea extremam Saturnia bello
Imponit regina manum: ruit omnis in urbem
Pastorum ex acie numerus: caesosq; reportant:
Almonem puerum, sedatig; ora Galefi:
Implorantq; deos, obtestanturq; Latinum.
Turnus adest, medioq; in crimine, cadis & ignis
Terrorē ingeminat: Teucrosq; in regna vocari,
Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli.
Tum, quorum attonita Baccho nemora auiā matres
Insultant thyasis (neg, enim leue nomen Amata)
Vndiq; collecti coeunt, Martemq; fatigant.
Ilicet infandum cuncti contra omnia bellum,
Contra fata deūm, peruerso numine poscunt.
Cartatim regis circumstant tecta Latini.
Ille, velut pelagi rupes immota, resistit:
Vi pelagi rupes, magno veniente fragore,
Qua sese, multis circum latrantibus vndis,
Mole tenet: scopuli nequicquam & spumea circum
Saxa fremunt, lateriq; illisa refunditur alga.
Verū, vbi nulla datur cacum exuperare potestas
Consilium, & sena nūu lunonis eunt res:
Multa deos, aurasq; pater testatus inanes,
Frangimur heu factus, inquit, ferimurq; procella.
Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas,
O miseri: te Turne nefas, te triste manebit
Supplicium, votiq; deos venerabere seris.
Nam mihi parva quies, omniq; in limine portus,
Funere felici spoliōr. nec plura locutus,
Sepit se tectis, rerumq; reliquit habenas.

Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus vrbes
 Albana coluere sacrum, nunc maxima rerum
 Roma colit, cum prima mouent in praelia Martem:
 Siue Getis inferre manu lacrymabile bellum,
 Hircanisue, Arabisue parant, seu tendere ad Indas
 Auroramq; sequi. Parthosq; reposcere signa.
 Sunt gemina belli portae (sic nomine dicunt)
 Religione sacra, & seu formidine Martis.
 Centum aerei claudunt vectes, aeternaq; ferri
 Robora: nec custos absistit limine Ianus:
 Has, vbi certa sedet patribus sententia pugnae,
 Ipse, Quirinali trabea, cinctusq; Gabino
 Insignis, referat stridentia limina Consul:
 Ipse vocat pugnas: sequitur tum cetera pubes,
 Aereaq; assensu conspirant cornua rauco.
 Hoc & tum Aeneas indicere bella Latini
 More iubebatur, tristisq; recludere portas.
 Abstulit tactu pater, auersusq; refugit
 Fœda ministeria, & cecis se condidit umbris.
 Tum regina deum caelo delapsa, morantes
 Impulit ipsa manu portas, & cardine verso
 Belli ferratos rupit Saturnia postes.
 Ardet inexcita Ausonia atq; immobilis ante.
 Pars pedes ire parat campis: pars, arduus altum
 Puluerulentus equis furit: omnes arma requirunt.
 Pars leues clypeos & spicula lucida tergent
 Aruina pingui, subiguntq; in core secures:
 Signaq; ferre iuuat, sonitusq; audire tubarum.
 Quinq; adeo magna positis incudibus vrbes.

Tela nouant, Atina potens, Tyburq; superbum,
Ardea, Crustumeriq; & turrigere Antennae.
Tegmina tuta cauant capitum, flectuntq; salignae
Vimbonum crates: alij thoracae ahenos,
Aut leues ocreas lenio ducunt argento.
Vomeris huc & falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor, recoquunt patrios fornacibus enses.
Classica iamq; sonant, in bello tessera signum.
Hic galeam testis trepidus rapit: ille frementes
Ad inga cogit equos: clypeumq; auroq; trilicem
Loricam induitur, fidoq; accingitur ense.
Pandite nunc Heliconae deae, cantusq; mouete.
Qui bello exciti reges, quae quenq; secuta
Complerint campos acies: quibus Itala iam tunc
Floruertit terra alma uiris, quibus arserit armis.
Et meministi enim diua, & memorare potestis:
Ad nos vix tenuis fama perlabitur aura.
Primus imit bellum Tyrrhenis asper ab oris
Contemtor diuū Mezentius, agminaq; armat.
Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.
Lausus, equūq; domitor, debellatorq; ferarum,
Ducit Agillina nequicquam ex vrbe secutos
Mille viros: dignus patris qui latior esset
Imperij, & cui pater haud Mezentius esset.
Post hos insignem palma per gramina currum
Victoreq; ostentat equos, sacus Hercule pulcro
Pulcer Auentinus: clypeoq; insigne paternum,
Centū angues, cinctamq; gerit serpentib. hydram.

Colla

Collis Auentini silua quem Rhea sacerdos
 Furtiuum partu sub luminis edidit oras,
 Mistra deo mulier: postquam Laurentia videt,
 Geryone extincto, Tyrrynthius attigit arua,
 Tyrrhenosq; boues in flumine lauti Iberas.
 Pila manu, sauosq; gerunt in bella dolores:
 Et tereti pugnant mucrone, veruq; Sabello.
 Ipse pedes regmen torquens immane leonis,
 Terribili impexum seta, cum dentibus albis,
 Indutus capiti, sic regia tecta subibat,
 Horridus, Herculeosq; humeros innexus amictu.
 Tum gemini fratres Tyburtia moenia linquunt,
 Fratrū Tyburti dictam cognomine gentem:
 Catillusq; acerq; Coras, Argiua iuuentus.
 Et primam ante aciem densa inter tela feruntur:
 Ceu duo nubigenae, cum vertice montis ab alto,
 Descendunt Centauri, Omalen, Othrymque, mirantem
 Linquentes: cursu rapido dat euntibus ingens
 Sylua locum, & magno cadunt virgulta fragori.
 Nec Praenestina fundator desuit vrbs,
 Vulcano genitum pecora inter agrestia regem,
 Inuentumq; focus, omnis quem credidit atq;
 Caculus, hunc legio late comitatur agrestis,
 Quisq; altum Praeneste viui, quisq; arua Gabina
 lunonis, gelidumq; Anienem, & roscida riuus
 Hernica saxa colunt: quos diues Anagnina pascat,
 Quos Amasene pater, non illis omnibus arma,
 Nec clypei, currisue sonant, pars maxima gladii
 Liuentis plumbi spargit: pars specula gestat

Bina manu : fuluosq; lupi de pelle galeros
Tegmen habet capiti : vestigia nuda sinistri
Instituere pedu : crudus tegit altera pero.
At Messapus equum domitor, Neptunia proles,
Quem neq; fas igni cuiquam, nec sternere ferro,
Iampridem resides populos, desuetaq; bello
Agmina in arma vocat subito; ferrumq; retractat.
Hi Fescenninas acies, aquosq; Faliscos,
Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; arua,
Et Cymini cum monte lacum, lucosq; Capenos.
Ibant equati numero, regemq; canebant.
Ceu quondam niuei liquida inter nubila cygni,
Cum sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos : sonat amnis, & Asia longe
Pulsa palus.
Nec quiquam aratas acies ex agmine tanto
Miseri putet : aeriam sed gurgite ab alto
Vigere volucrum rancarum ad littora nubem.
Ecce Sabinorum prisco de sanguine, magnum
Agmen agens Clausus, magniq; ipse agminis instar,
Claudia nunc à quo diffunditur, & tribus, & gens
Per Latium, postquàm in partem data Roma Sabinis.
Vna ingens Amiterna cohors, prisciq; Quirites,
Etruri manus omnis, oluiferaq; Mutusca :
Qui Nomentum urbem, qui rosea rura Velini,
Qui Tetrica horrentis rupes, montemq; Seuerum,
Casseriamq; colunt, Forulosq; & flumen Himelle :
Qui Tyberim, Fabarimq; bibunt : quos frigida misit
Nursia, & Horrea classes, populiq; Latini :
Quosq;

Quosq; secans infansum interluit Allia nomen.
 Quam multi Libycæ voluuntur marmore fluctus.
 Sæuis ubi Orion hybernus conditur unda:
 Vel cum sole novo densa torrentur arista,
 Aut Hermi campo, aut Lycia flauentibus armis.
 Scuta sonant, pulsusq; pedum tremit excita tellus.
 Hinc Agamemnonius, Troiani nominis hostis,
 Currus iungit Hælus equos, Turnosq; feroces
 Mille rapit populos: vertunt felicia Baccho
 Mæstica qui rastris, & quos de collibus altis
 Aurunci misere patres, Sidicinaq; iuxta
 Aequora: quicq; Cales linguunt: amniq; vadit
 Accola Vulturis, pariterq; Saticulus asper,
 Oscorumq; manus: teretes sunt acilides illi
 Tela: sed hac lento mos est aptare flagello.
 Laeus cetra regit, falcati cominus enses.
 Nec tu carminibus nostris indictus abibis
 Oebale: quem generasse Telon Sebeide Nympha
 Fertur, Teleboûm Capreas cum regna tenera
 Iam senior. patris sed non & filius arui
 Contentus, latè iam dum ditione premebat
 Sarraestes populos, & quæ rigat æquora Sarum:
 Quicq; Rufas Batulumq; tenent, atq; arua Celæ
 Et quos malisera despectant monia Bella,
 Teutonico ritu soliti torquere catenas:
 Tegmina queis capitum raptus de subere cortex,
 Aeratq; micant pelta, micat æreus ensis.
 Et te montosa misere in prælia Nurse,
 Vfsens, insignem fama, & felicibus armis.

Horrida præcipue cui gens, assuetaq; multo
Venatu nemorum, duris Aegiuicola glebis.
Armati terram exercent, semperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.
Quin & Marrubia venit de gente sacerdos, *Edm. Mar*
Fronde super galeam & felici comtus oliua, *fern*
Archippi regu missu, fortissimus Umbro.
Vipereo generi, & grauter spirantibus hydris;
Spargere qui somnos cantuq; manuq; solebat;
Mullebatq; iras, & morsus arte leuabat.
Sed non Dardania medicari cuspidis ictum
Eualuit: neq; eum inuere in vulnera cantus
Sommiseri, & Masis quasita in montibus herba.
Te uenit Angitia, vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fleuere lacus.
Ibat & Hippolyti proles pulcerrima bello
Viribus, insignem quem mater Aricia misit
Eductum Aegeria lucis, Hymettia circum
Littora: pinguis vbi & placabilis ara Diana.
Namq; ferunt fama Hippolytum, postq; arte nouerit
Occiderit, patriasq; explevit sanguine pœnas,
Turbatus distractus equis, ad sidera rursus
Aetherea, & superas cœli venisse sub auras,
Peony reuocatum herbis, & amore Diane.
Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab um-
Mortalem infernis ad lumina surgere vita, *(br)*
Ipse repertorem medicina talis & artis,
Fulmine Phœbigenam Stygias detruxit ad vndas.
At Triuia Hippolytum secretis alma recondit
Sedibus

Sedibus, & Nymphæ Aegeriæ, nemoriq; relegat.
 Solus ubi in sylvis Italus ignobilis ævum
 Exigeret, versosq; ubi nomine Virbius esset.
 Unde etiam Trivia templo luci q; sacratu
 Cornipedes arcentur equi: quod litore curram
 Et iuuenem monstros pauidi effudere marini.
 Filius ardenteis haud secius aquore campi
 Exercebat equos, curruq; in bella ruebat.
 Ipse inter primos præstanti corpore Turnus
 Vertitur, arma tenens, & toto vertice supra st.
 Cui triplici crinita iuba galea alta Chymaram
 Sustinet, Aetneos efflantem faucibus igneus.
 Tum magis illa fremens, & tristibus effera flammis
 Quam magis effuso crudeſcunt sanguine pugna.
 At leuem clypeum sublatis cornibus Io
 Auro insignibat, iam setis obſita, iam bos,
 Argumentum ingens, & custos virginis Argus,
 Calataq; amnem fundens pater Inacchus vna,
 Inſequitur nimbus peditum, clypeataq; totis
 Agmina densantur campis, Argiuaq; pubes,
 Auruncq; manus, Rutuli, veteresq; Sicani,
 Et Sacrana acies, & picti ſcuta Labici:
 Qui ſaltus Tyberine tuos ſacrumq; Numici
 Littus arant, Rutuloſq; exercent vomere colles,
 Circumq; ingum, queis Iuppiter Anxurus ævum
 Præſidet, & viridi gaudens Feronia luco.
 Quâ Saturæ iacet atra palus, gelidusq; perennis
 Quærit iter valles, atq; in mare conditur Vſenti.
 Hos ſuper aduenit Volſcæ de gente Camilla,

Agmen agens equitum, & florentis are cateruas,
Bellatrix. non illa colo, calathisque Minerva
Famineas assueta manus, sed praelia virgo
Dura pati, cursuq; pedum praeuerrere ventos.
Illa vel intacta segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu lasisset aristas:
Vel mare per medium, fluctu suspensa iuuenti,
Ferret iter, celeres nec tingeret equore plantas.
Illam omnis tectis agruq; effusa iuuentus,
Turbaq; miratur matrum, & prospectat euntem
Attonitus inbians animus: vt regius ostro
Vclat honos leueis humeros, vt sibula crinem
Auro internectat, Lyciam vt gerat ipsa pharetram,
Et pastorem praefixa cuspide myrtum.



